

Belinus  
Deus.

Cuno.

Trinovantum quibus ille praesuit, non dixero. Apollo cum lyra in altera parte, & CVNOBELIN, in mentem reverentur, quod alibi de Belino Deo observarim; scilicet, Gallos priscos Apollinem sub Belini nomine coluisse: idque Dioſcoridem comprobare, cum Herbam Appollinarem quam Galli sagittas inungere soliti, Gallica lingua Belinuntiam appellari disertè scribat. Ut quodammodo hinc ausim conjectare nomen Cunobelini, uti & Cassibolini ex Apollinis cultu deductum, perinde ac Phœbitii & Delphidii. Si non potius, ut Apollo ob capillos flavos Grecis Ζευς, Latinis Flavus dictus, sic & Belin Britannis & Gallis. Qui enim flavus Britannicè in orationis contextu Melin, Belin, & Felin dicitur, & eadem de causa Belinus ille Priscus, Cunobelinus, & Cassibelinus, qui etiam Casivelaunus; quasi principes flavi videantur appellati. Cuno enim nomen esse dignitatis fatentur Britanni, quodque precipuum, & principale Cynoc hodiè dicunt. Certè nomen fuisse honorarium, Cungetorix, Cunobelinus, Cuneglasus, Cuned, & Cunedagius, principum nomina apud Britannos, uti Cyngutorix Convictolitanus, Conetodunus, apud priscos Gallos quodammodo comprobant. Nec me latet Gildam Cuneglafum, Lanionem fulvum, vel furvum Latine convertisse, quem alii Principem cœruleum, sive vitrei coloris, ut Cuneda Principem Bonum sunt interpretati. Germanorum König/ & nostrum Kinge pro Rege à Cuno profluxisse nondum ausim suspicari. Sit satis hec varie conjectando lufisse ne aliorum irrisione etiam ipse ludar.



VIII

AR.

Octavum cum equo Eſſedario rota ſubjecta, & BO-  
DVO in altera parte, gentis Bodunorum videatur, vel  
Bodicæ Regina, qua Voadicia, & BUNDUCA varie vo-  
catur.



IX

AV.


Nonum in quo Equeſtris figura cum haſta & clypeo,  
& diſperſis literis CÆRATIC. bellicos illitus Carataci,  
cujus laudes prædicat Tacitus, judicarim.



X

AV.

Decimum, cuius altera parte ſub Equite inscribitur  
REX, in altera COM. Comii fuisse Atrebatenſis cuius  
meminit Caesar, cum nonnullis lubet opinari.



XI

AR.

Vndecimum quod præſe fert ſemilunulam cum REX  
Britannia.

CALLE, à CALLENÆ celeberrimæ urbis nomine  
non ablidit.



XII

AR.

Duodecimum Caput habet alatum cum diſtione A-  
TEVLA, in parte aversa Leonem, & inſcriptionem  
VLATOS. Quid ſibi velint he diſtiones fruſtra quero.  
Hac eadem autem effigie Romanorum nummis Deam  
Victoriam expreſſam vidi. Victoriam tamen ATEVLA Victoriae  
Britannicè dici nondum comperi, ANDATEM verò illos Andate.  
victoriam vocasse ex Dione jam dixi, qua an fuerit A-  
NARTA à Vocontiis in Gallia culta, aliud dixerit.



XIII

Speces hic etiam XIII cum diſtione DIAS in pen-  
tagono & Equo in adverſo.



XIV

XIII cum porco inſcriptum VANOC & Dea ca-  
pice, fortè Veneris vel Venutii, de quo Tacitus.



XV

XV cum capite galeato, & DVRNACO; qui nescio  
an fuerit Dunnacus Andium Princeps cuius Caesar me-  
minit.



XVI

XVI Cum equo &amp; ORCETI.



XVII

XVII cum effigie Augusti, & TASCIA, tauro cor-  
nupeta, in aversa.